



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

12. Iesus duodecim annos natus disputat in Templo, vbi à parentibus
quesitus, post triduum inuenitur, & illis morigerus Nazareth reuertitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

tem, Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorâs filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Ægypto, dicēs, Surge, & accipe puerū & matrē eius, & vade in terram Israël. defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri, qui cōsurgens, accepit puerum & matrē eius, & vēnit in terrā Israël. Audiēs aut quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilæe. Et veniēs habitauit in ciuitate quę vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur. * 13.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
---	------------	-----------	--------------

CAP. 12. IESVS duodecim annos natus disputat in Templo, vbi à parentibus questus, post triduum inuenitur, & illis morigerus Nazareth reuertitur. Luc. Cap. 2. * 10.

S. Matthæus	S. Marcus.	<p>ET vt perfecerūt omnia secundum legē Domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatē suā Nazareth. Puer aut crescebat, & cōfortabatur plenus sapiētia, & gratia Dei erat in illo. Et ibāt parētes eius per omnes annos in Ierusalē, in die solēni Paschę. Et cum factus esset annorū duodecim, ascendētibus illis in Ierosolymā secundum consuetudinē diei festi, cōsummatīsq; diebus cum redirēt, remansit puer Iesus in Ierusalem, & nō cognouerunt parētes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerūt iter diei, & requirebāt eum inter cognatos & notos. Et</p>	S. Iohannes.
-------------	------------	---	--------------

S. <i>Matthæus</i>	S. <i>Marcus</i>	S. <i>Lucas</i> Et non inuenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum. Et factum est, post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum, Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos, Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines. *13.	S. <i>Iohannes</i>
--------------------	------------------	--	--------------------

C A P. 13. Iohannis Baptista predicatio, & baptismus in deserto.
Matth. Cap. 3. *11. Luc. Cap. 3. *12. Iohan. 1. *1.

S. <i>Matthæus</i> I N diebus autem illis venit Iohannes Baptista prædicans in deserto Iudæe, & dicēs, Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Hic est enim qui dictus est per Isaiam prophetam, dicentem, Vox claman-	S. <i>Lucas</i> S ANCTVM IESV Christi Euangelium secundum Marcum. C APVT I.  N ITIUM Euangelij Iesu Christi filij Dei. Sicut scriptum est in	S. <i>Iohannes</i> A NNO autem quinto decimo imperij Tyberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituræ & Trachonitidis regionis, &	S. <i>Iohannes</i> Fuit homo missus à Deo, cui nomē erat Iohannes. Hic venit in testimonium: vt testi-
---	--	---	---